Petrus Starzechowski Cantor Vicarius in spiritualibus et officialis generalis Premisliensis ac Jaroslaviensis Praepositus Honorabilibus ac discretis viris in Novothargen Ecclesie Rect-
ori ceterisque presbyteris requirendis salutem in domino. Quia ad Ecclesiam parochialem in Novothargen Tituli Sancti Nicolai per mortem et obitum honorabilis olim domini Casparis eiusdem
Ecclesie ultimi et immediati possessoris vacantem honorabilis dominus Caspar de Sanok acolitus per Generosum dominum Adam Wzdowski eiusdem Ecclesie patronum et collatorem
nobis exhibitus praesentatus tanquam idoneus et beneficiatus ad hanc Ecclesiam investiendum quem nos servatis servandis per manus nostre super caput impositionem instituimus
et investivimus, Instituimusque et investimus per praesentes. Curam animarum eiusdem Ecclesie annexam administrationem in spiritualibus et regimen temporalium sibi committendo.
Quocirca vobis domino supradictis executoribus in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis pena mandamus, quatenus statim visis et receptis praesentibus postquam per
prefatum dominum Casparum fueritis requisiti, cum prefato praesentato personaliter accedendo ipsum ad actualem corporalem et realem dicte parrochie possessionem inducatis
inductumque defendatis. Facientes sibi et nemini alteri de omnibus censibus decimis fructibus, redditibus, proventibus et quibuscumque oblationibus ad dictam Ecclesiam
quomodolibet spectantibus plene et integre responderi. In cuius rei evidentius robur fidem et testimonium sigillum nostrum praesentibus est subappensum. Datum Premi-
slie die penultima Mensis Aprilis Anno domini Millesimo quingentesimo tricesimo octavo

Anno domini 1558 die
vero mercurii 16 Nove-
bris. Oblat[us] coram Reveren[dissi]mo
dno Joanne Dziaduski Dei
gratia Ep[iscop]o Premisliensi, per
generosum D[omi]n[u]m Stanislaum Bar-
viński Plebanum Brzozowien[sem]
et nobilis ac discretus d[omi]n[us] Gaspar
duo Albano, ad Ecclesiam
Parochialem in Novotharensi
presentati pro... ut in actis
habetur.

Nicolaus Chopa...
Curiae ...
... Notarius
... 

Anno quo supra die vero Junii sexta decima
Ego Michael de Sambor in Zarskien Cand[ida]tus
...orum Sacra autoritate imperiali Notarius Pub-
licus executor praesentis mandati Hono-
rabilem Dominum Gasparem a Sanok introducendo
investiendo ad Ecclesiam Parochialem in Novotharensi
titulo S. Nicolai Dioecesis Premisliensis Recepi-
ab eodem Domino Gasparo Plebano, corporaliter investiendo
dando eum omnimodam possessionem in spiritualibus et tem-
poralibus ut sibi & non alio de omnibus respon-
deat. Praesentibus Honorabili Domino Joanne
de Kodzerzyn Comendario Eiusdem Ecclesiae
Nobili Domino Joanne Brzozowski fratre pro-
videndo Spiczak Pegrorsinski Simone de
Brzeba, Stanislao Dlugosch. Matthia Wys-
lowski Consulibus, et Stanislao Ressel
Vicecapitaneali ad ... Juratis ...
ne Potrzeba, Stanislao Lysiek Aedi-
libus ... ac aliis ceteris fide
dignis Parochianis circa praemissa
existentibus.